Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift

clarescerent. Quidam namque de vicino territorio
cum diutina egrotatione vexatus, lecto de
cumberet subripiente humore nocivo ocu
lorum lumen auriumque sensum amisit. deinde
plantas pedum retortas ad nates tanta depressus
est infirmitate, ut de solo pectusculo vitae ma
nerent fugacis indicia. Qui a suis ad monaste
rium vehiculo delatus, dum petentibus amicis
in ecclesia beati Galli unius spatium noctis du
cere permissus a custode fuisset, solusque ibidem
pernoctaret, circa gallorum cantum in subito men
tis excessu quatuor viros candidissimis in
dutos vestibus oratorium introire conspexit.
Qui dum altari appropiantes dulcissime dulce
modulaminum alternanti[ne] concinerent,
unus eorum laudibus finitis ad lectulum in quo
clinicus decubebat accedens, quid inquit causae
est o homo quod hic per noctem tenebrarum transigis
solus horrorem. Crede tantum, et ab hac infir